

Exercitatio secunda.

Centenarij, eam ob causam, ut unitas illius possit generale caput cum tribus antedictis alijs vulgarib. & antiquis Cyclis, in anno 4713. ante N. Christum attingere, consimiliq; calculo Divisionis exponi, eademq; methodo uti in Exercitatione. Tertia series rursus rubra, literas Dominicales, respondentis curriculo prefatorum Numerorum, Communium & Bisextilium annorum, rotatas continet, atq; quarta in ordine posterior, characteribus Planetarijs ferias Septimanae edisserit, quibus nimirum annorum Gregorianorum capita ordiuntur. Et haec pro novo Calendario prosunt. Quo ad vetus vero in tertia Columna & secunda serie, Numeri rubri ab unitate ad 28. inclusivae progredientes sunt spectandi [qui ideo duplicatis lineis sunt inclusi] quibus in postrema columna & in tertia illius serie, nigrae Dominicales literae similiter septuaginta, sunt applicandae: Quomodo in Calendario Iuliano vulgaris usus hoc ipsum quoq; sic fieri edocuit.

Hinc operatio sine Candae seorsim exposito, confestim perficietur. Adsumpto in superiori exemplo anno M. primo 3971. ante Christum, qui suo residuo a partitione quadringentaria numerum cycli Solis noui 343. reliquerat. Hic in prima columna, correspondente 30 N^o, primi Centenarij, literam simplicem (f) in secundo anno a Bisexto, Dominicalium eius anni proflare confitetur. Et quia praecedente Exercitatione diximus, 18. Septembris Gregorianae qualitatis, citato anno, luminaria ad instanti mensis illuminationis & capite eius aij Hebraeorum, coepisse, eadem Dominicus dies in priorem 15. Septembris, inde deducitur quarta feria s. dies f in hunc ipsum 18. Septembris. Pro veteri autem Calendario, cyclus & eiusdem temporis 15, in tertia columna contineendus, cum quo in ultima, lit. (c) Dominicalis, quoq; altero a Bisexto anno, digito quasi ostenditur. Hinc 20. Octobris Iulianus, quem antea cum 18. Septembris Gregorianae coincidentem fatebamur, ostenso prius Dominico in 17. Octobris, etiam feria quarta seu dies f fuisse explicatur.

In Calendario Gregoriano cyclus & novus 400. annorum pulcherrima methodo complementum 20871. septimanarum arripit, cuius curriculum, nostra primitiva adinventione, explicatum fuit. In quo a. & motu non nisi 26 l. 26. ll. 56. ll. 2c. unius H. deficiunt, quibus in media dimensione temporis Aequinoctium progredi possit. Hinc ad progressionem Horariam 907. anni 148. dies 19. H. 15. l. 36. ll. & ad diurnam 21777. anni 284. dies 1. H. 51. l. 36. ll. requiruntur, priusq; a praecedente Hora vel Die in consequentem, ingressus & medius in T. transire possit. Quales perpetuatio in Iuliano, sicut nec in alijs cunctis Calendaris, nequaquam deprehenditur. Nam in uno cyclo & 28. annorum, ad 5. integras H. retrocedit cardo Vernalis, atq; 134. annis 56. diebus 12. horis integram Diem, itaq; a condito M. huc usq; ad 41. dies in retrocessione sua, adimpleverat, quo in tempore Mundano Gregorianum Calendarium vix 6. H. in progressionem ab antiquo loco commiserat.

De quinto Canone Gregoriani Calendarij perpetui, in adinveniundo Cyclo seu N^o Indictionis Constantinianae, non est necesse ut singularis Exercitatio aut tabularis dispositio proferatur, cum nudus ut sit Numerus, nudam quoq; significationem Quindenarij annui temporis praeseferat, eiusq; summaria inquisitio in Canone generali praecedentis Exercitationis continetur.

EXERCITATIO TAB. III^a C.

Qua